

Johann Jacob Döbel Georg Rast

Conclusiones Medicae Miscellaneae

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73012374X>

Druck Freier  Zugang



RU. med. 1672.

Johann Jakob Döbel, Preis.

Georg Rast, Reis.

ONES MEDICÆ
LLANEÆ.

quas

SPICE

TRO SUMMO,

PRÆSIDIO

*i, Excellentissimi, atque
erientissimi*

IANNIS JA-
DÖBELII,

is & P. P. celeberrimi,

ro tempore DE CANI

ectabilis,

omotoris sui omni observan-

tu devenerandi,

s ejus publicis hinc inde

xcerptas

rum examini submittit

IUS RASZ!

nst. Prussus.

ori, ad XX. diem Martii



STOCHII,

Universit. Typ. Anno M. DC. LXXII.



CONCLUSIONES MEDICÆ
MISCELLANÆ.

quas
AUSPICE
ARCHIATRO SUMMO,
SUB PRÆSIDIO
VIRI Nobilissimi, Excellentissimi, atque
Experientissimi

DN. JOHANNIS JA-
COBI DÖBELII,

Medicinæ Doctoris & P. P. celeberrimi,
suæq; Facultatis pro tempore DE CANI
spectabilis,

Dn. Præceptoris ac Promotoris sui omni observan-
tiæ cultu devenerandi,

Ex prælectionibus ejus publicis hinc inde
excerptas

publico Eruditorum examini submittit

GEORGIUS RASZ,

Bartenst. Prussus.

In Auditorio Majori, ad XX. diem Martii



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typ. Anno M. DC. LXXII.

29

57



VIRIS

*Amplissimis, Maximè Spectabilibus, & Gravissimis,
experientia, rerumq; usu clarissimis,*

Dn. Dn.

Præsidi, & Assessoribus,
incluti Palæopolitani Scabina-
tus, meritissimis,

Magnis Musarum Fautoribus, Patronis, &
Promotoribus meis omni honoris, & ob-
servantiæ cultu devenerandis.

in grati animi tesseram



Academicum hoc ἄσχυρα

Devotè offert

A. & R.

CONCLUSIO PRIMA.

I. **L**iberum Aphorismorum, Hippocrati hæctenus adscriptum, in formâ nobis relicta, Magni illius esse Cui, nulla ratione probari potest.

II. In eo continentur quamplurima, & à sanâ Ratione, & Experimentiâ, & ab ipso Præceptore aliena.

III. Inter alia Aphorismus 18. sect. VI. *κύστιν Διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων πῖ τ' λεπτῶν, ἢ χολίην, ἢ ἥπαρ, γενναθῶδες.* Vesicam dissectam habenti, aut Cerebrum, aut Cor, aut Septum transversum, aut Tenue aliquod intestinum, aut Ventriculum, aut Hepar, lethale est: quò communiter Autores seduci sese passi sunt, non intelligendus est de absoluta, simpliciter, & per se sic dicta lethalitate, sed eâ saltim, quæ fit ut plurimum. Conf. II. Prorrh. XIX. XXII. Coac. 509. I. Morb. III. 4. Et in specie, ut de aliis raceam, ventriculi vulnera non esse absolute lethalia, probant Cultrivori Pragensis, & Regiomontanus: Idem de Vesicæ vulneribus Lithotomi testantur.

IV. Unde de Vulneribus ex hoc Aphorismo malè hæctenus communiter est iudicatum.

V. Neq; de lethalitate vulnerum in concreto, à priori, sed à posteriori est iudicandum.

VI. Est tamen aureus dictus Aphorismorum liber, ceteroq; dignus, si interpretem nanciscatur incorruptum.

VII. Divisio Medicinæ in Physiologiam, Pathologiam, Semejoticam, Hygieinam, & Therapeuticam, multis difficultatibus laborat, nedum erroribus scætet.

VIII. Feminae in virum transmutatio vera impossibilis est, neminique sanæ mentis in mentem venire debet.

IX. Hinc frustra ejus defensores in partes suas trahunt ex VI. Epid. §. VIII. 98. duarum mulierum historias, quas in viros fuisse conversas autumant: confundunt quippe Habitum virilem cum Sexu,

X. Falsò arguitur ex Gen. I. v.27. Adamum fuisse Hermaphroditam.

XI. Probabilius foret, Johannem in deserto comedisse Plantarum gemmulas, ac locustas; nisi locus Levit. II. 22. obstaret.

XII. Hyssopo Servatori in Cruce oblato citra necessitatem Oesypum nonnullis substituitur.

XIII. Uti discrimen datur inter ventriculum Hominis & Brutorum, ita inter se maximè Bruta quoad ventriculum, maximè Homines etiam differunt. Neq; ea differentia tantum est in aliquibus v. gr. Lazaro, qui metalla, fœnum, vitrum, carbo-nes, ligna, de quo Columbus, & ex eo Beckerus Cultrivor. quæst. 4.: aut Lupis illis duodecim, ita dictis, quorum apud Baldum Comment. in Physiogn. Arist. part. 4. Apoteles. 24. singuli in prandio vervecem coctum, quadrantem posteriorem bovis, & libras panis cocti centū, centumq; vini, diebus quinq; continuis devorarunt; aut eo, qui ap. Harsdorff: Theatr. part. VII. p. 105. porcum, aut equum vivum citra hæsitantiam Præ- gæ sapius absumpsit, imò hominem aliquando criminis accusatum devoraturum se promisit; sed omnibus promiscue homini- bus. Quàm enim corporis partes externæ, tam etiam internæ; quam majores, tam etiam minores unicuiq; sunt differentes.

XIV. Stomachus ineptè statuitur Severino in Hepate, & aliis partibus. Neq; ei patrocinari potest, quod Hippocrat. de Art. sect. XVII. num. 7. omni Musculo, omniq; texturæ par- tium solidarum ventriculum attribuat. Loquitur enim Hic de Cavitatibus minoribus, Ille de Officio partium.

XV. Absonum est, Ventriculum posse esse frigidum, & Hepar calidum.

XVI. Uti & Vapores immediatè ex Ventriculo in Cere- brum ascendere.

XVII. Ventriculus corpori universo fons est, cū plenus est.

XVIII. Ventriculus depletus refrigerat, repletus cales- cit corpus.

XIX. Ho-

XIX. Homo jejunus gravior est seipso pranso.

XX. Fœtui in utero alimentum per vas umbilicale apponitur, non per os in ventriculum.

XXI. Non, quicquid boni succi est, protinus Stomacho convenit: nec, quicquid Stomacho convenit, protinus est boni Succii.

XXII. Ex morsu unculis Ventriculi in fame non potest probari effusio excrementi Melancholici in ventriculum.

XXIII. Ad regimen Affectuum præcipuè valet cura oris Ventriculi.

XXIV. In flacciditate Ventriculi Myrobalani Chebuli, aliaque adstringentia profunt, si adsit alvi fluxus; alias, adstringendo alvum, sæpe nocent.

XXV. Haut omni debilitati ventriculi conveniunt vina generosa, aut Spiritus vini.

XXVI. Conveniunt tamen Aromatica dicta.

XXVII. Quibusdam ventriculi vitis & solum frigida potum esse convenientem, Rationi & Experientiæ consonum est.

XXVIII. Cruditas ventriculi non curatur exercitio laborioso.

XXIX. Alii ventriculi Affectus Abstinencia, alii Vomitoriis, alii Venæ sectione, alii Diaphoreticis, alii Externis calidis temperatis curantur. Unde, quid in quolibet affectu indicetur, probe est observandum.

XXX. In affectibus orificii superioris Ventriculi, anteriori ejus rectius quàm posteriori medicamenta applicamus regioni.

XXXI. Et Ventriculo nos respirare tam verum est, quàm vetus.

XXXII. Hepar non est officina Sanguificationis, sed Cor.

XXXIII. Impossibile est, Hepatis frustula per alvum excerni posse, uti & Dysenteriam sine dolore esse fluxum Hepaticum.

XXXIV. Infantes magno præditos Hepate non esse virales, rationem habet.

XXXV.

XXXV. Cor est Rex totius corporis, & idem in eodem, quod Sol in æthere.

XXXVI. Cordis robore omnes partes firmantur.

XXXVII. Ejus & arteriarum finis est idem.

XXXVIII. Doctrina pulsum est fallax.

XXXIX. Cor suo modo dici potest & venarum, & arteriarum, & nervorum principium.

XL. Cor Primum est in corpore vivens, & ultimum moriens, prout Oculus ultimum vivens, & primum moriens.

XLI. Non est miraculosum, corda recens jugulatorum in ignem conjecta aliquando exultasse.

XLII. Prudentia & Sapientia competunt cordi, ut omnes Virtutes Naturales, Morales, Theologicæ, hisq; contraria vitia.

XLIII. Phtisis sæpe cordi inhæret.

XLIV. Cor est centrum corporis.

XLV. Animal non potest mori, nisi cor afficiatur.

XLVI. Cerebrum non est sedes animæ.

XLVII. Non tres, sed unum proprie habet ventriculum.

XLVIII. Ventriculus Cerebri non est officina Spirituum.

XLVIII. Circuitum sanguinis ex ipsa etiam venæ sectione probare possis. Quod si enim digito venam supra vulnus, versus cor, comprimas, sanguis nihilominus fluit; si infra vulnus, versus manum, sanguinis affluxus impeditur. Hinc fortè Chirurgi Brachium, non Cubitum ligant, ubi vena satis fuerit tensa.

L. Quod sanguis est Animalibus, illud succus suus est Plantis, neque minus huic suum esse circuitum, ac illi, ex lib. de Nat. Puer. patet.

LI. Dantur, quæ ad vitæ prolongationem faciunt.

LII. Doctrina de collectione plantarum sub certo Siderum situ non est universalis, sed ad quamlibet Regionem in specie accommodanda, saltim Superstitio absit.

LIII. Exotica magis ad locupletandos Pharmacopolas quam sanandos ægrotos faciunt, cum cuiq; Regioni suam quoque Deus concesserit medicinam.

LIV.

LIV. Officinæ medicamentis multis non sunt oneranda.
LV. Quemadmodum omnes morbi, ita etiam omnia medicamenta ad duas classes magno ægrotantium commodo reduci possunt.

LVI. Medico non tantum licet componere Medicamenta, sed omnis eorundem compositio ab eo solo est expectanda, mixture Pharmacoopæo concessa.

LVII. Pharmaceuticam à reliquis Medicinæ partibus jam olim distinctam, esse artem vetustissimam, probatur ex Exod. XXX. 25.

LVIII. Pharmaceuticæ Chymia magno ægrotorum commodo jungitur.

LIX. Pharmaceuticæ objectum non tantum sunt Vegetabilia, Animalia, Mineralia, sed ipsa etiam quatuor illa decantata, vulgo Elementa dicta: Ignis, Aer, Aqua, Terra.

LX. Venenum omne commodè videtur distingui posse in Purgans, Narcoticum, & Furiosum.

LXI. Purgantia omnia sunt Venenata.

LXII. Distinctio purgantium in Phlegmagoga, Cholagoga, Hydragoga, & Melanagoga maximi est usus, ut ut omne purgans beneficio fermentationis in objectum agat, ut ut etiam Hydragoga ex Bilioso aquea, Cholagoga ex Pituitoso flava, phlegmagoga ex Bilioso alba educant.

LXIII. Notabile, & Phlegmagoga dicta, alba: Melanagoga, fusca: & Cholagoga communiter flava vel rubra esse.

LXIV. Quemadmodum Lipothymia ab exhaustu refectio, ita eidem ab oppressu evacuatio prodest.

LXV. Purgatione idem præstare possumus in Plethora, quod Venæsectione, ut ut non æquè citò.

LXVI. Venæsectio, non obstante circuitu Sanguinis, requirit electionem venarum. Neq; perinde est, utrum hæc vel illa vena secetur. Inutilis tamen est venarum eodem in brachio delectus.

LXVII.

LXVII. Unius Venæ sectione universus corporis sanguis
elici potest.

LXVIII. In febre Topica ut & Spirituali male Venæse-
ctio administratur.

LXIX. Haud abs re est, secandos reclinare supinos.

LXX. Urgente necessitate æquè tuto versperi ac mane,
nocte ac die vena secatur.

LXXI. Versiculus:

Luna vetus vetulas purgat, nova Luna puellas;
quàm vetus est, tam est falsus.

TANTUM!

Ad

Per-Eximium pièque Doctum

DN. GEORGIUM RASTIUM,
Convictorem dilectum.

Proponis selecta tibi problemata RASTI
Gratulor! ut PATRI sis precor ipsa QUIES!

Honoris & amoris ergo

ENOCHUS SVANTENIUS, Theol. D.
Ord. Prof. ad D. Jac. Ecclesiastes.

*P*ergamei quod ritè Senis, celestisq; Galeni
Ora laboratis differuere tomis,

Palpita dum docto serpentina pulvere scandis,
Enucleasse Tibi, Dulcis Amice, lubet.

Gratamur: præclara tuis nunc omina ceptis
Voturi ingenio pectore quisque pari.

Quam colis, integram concedet Hygeja Salutem
Digna tuis posthacserta datuna comis.

Benivolum erga Præ-Eximium Clareq; Doctum DN. RA-
STIUM, Amicum ac Commensalem tuum svavissi-
mum, affectum contestaturi ser.

Excellentis. Dni. D. ENOCHI SVANTENII P. P.
COMMENSALS.



LXVII. Unius Venæ secti
elici potest.

LXVIII. In febre Topica
ctio administratur.

LXIX. Haud abs re est, sec

LXX. Urgente necessitat
nocte ac die vena secatur.

LXXI. Versiculus:
Luna vetus vetulas purga
quàm vetus est, tam est fa

TANT



Ac

Per-Eximium p

DN. GEORGIU


Convictorent

PROponis selecta tibi proble
Gratulor! ut PATRI sis

ENOCHUS S

Ord.

PErgamei quod ritè Senis,
Ora laboratis disseruèr
Palpita dum docto ferventia
Enucleasse Tibi, Dulce
Gnatamur: præclara tuis n
Voturi ingenuo pector
Quam colis, integram con
Digna tuis postbac ser
Benivolum erga Præ-Ex
STIUM, Amicum
mum
Excellentiss. Dni. I
CO



LIV. Officinæ medicamentis mult
LV. Quemadmodum omnes me
medicamenta ad duas classes magno ag
reduci possunt.

LVI. Medico non tantum licet co
ta, sed omnis eorundem compositio ab e
missionem Pharmacopœo concessa.

LVII. Pharmaceuticam à reliquis
olim distinctam, esse artem vetustissima
XXX. 25.

LVIII. Pharmaceuticæ Chymia ma
modo jungitur.

LIX. Pharmaceuticæ objectum no
tabilia, Animalia, Mineralia, sed ipsa etia
tata, vulgo Elementa dicta: Ignis, Aer, Ac

LX. Venenum omne commodè v
in Purgans, Narcoticum, & Furiosum.

LXI. Purgantia omnia sunt Venen
LXII. Distinctio purgantium in P
goga, Hydragoga, & Melanagoga maxin
purgans beneficio fermentationis in obje
Hydragoga ex Bilioso aquea, Cholagog
phlegmagoga ex Bilioso alba educant.

LXIII. Notabile, & Phlegmagog
nagoga, sulca: & Cholagoga communit
LXIV. Quemadmodum Lipothy
tio, ita eidem ab oppressu evacuatio pro
LXV. Purgatione idem præstare p
quod Venæsectione, utut non æquè cito
LXVI. Venæsectio, non obstante c
quirit electionem venarum. Neq; perin
illa vena secetur, Inutilis tamen est venar
delectus.

COMMENSALIS

oneranda.
am omnia
commodo

edicamen
ectanda,

rtibus jam
r ex Exod.

rum com-

unt Vege
lla decan-

ngui posse

a, Cholas
tut omne
tuteriam
so flava,

a: Mela
abra esse.
ustu reso-

Plethorâ,

guinis, res
m hæc vel
n brachio

LXVII.

